

fulatio Episcopi Volgentensis esset, utrum duas tantum una die celebrare liceret: idem placuit Didaco a Tapia q. 11. de Eucharistia art. 5. Saario de Sacram. disp. 80. sect. 3. Petro de Leclercq. art. 19. de Euchar. contra Gregorium Lopezium in l. 50. tit. 4. p. 1. & alios congestos a Cenedo ad Decret. collect. 177. n. 4. quod si fuerit causa necessitatis, fas erit celebrare non tantum duas, verum & tres, aut quatuor Missas, requirit quidem maior causa ad tertiam, quam ad secundam; ad quartam, quam ad tertiam. Causa autem necessitatis, in quibus uni sacerdoti liceat in eadem die duas Missas celebrare, assignantur Moralitz, sed non omnes sunt amplectendi. Primo affirmant nonnulli, ob paupertatem sacerdotis licere illi in eadem die bis celebrare: sed satis expresse casus hic rejicitur ex capitulo, sicut de consuet. dist. 2. ibi: Quia vero pro paupertate, aut adulationibus secularium (legi oblationum) non dicitur presbiteri plures celebrare Missas, non existimo evadere donationem. Secundum causam assignant Moralitz, cum post peccatum Missa sacrificium advenit Princeps; Episcopus, aut multitudine peregrinorum in die festo. Sed etiam hanc causam rejiciunt post Vasquez Tamburini, de Sacrif. Missae, l. 2. c. 6. §. 3. P. Henao eod. titulo, l. 2. disp. 22. sect. 4. Et certe casus hic metaphysicus est; nam si predictae persona advenit antequam sacerdos sumat speciem ipsas panis, & vini, facilius erit iterum recitare Missam, quam aliam dicere: si autem post sumptas species, & ablationem, quia sacerdos iam non est in quo ob necessitatem infirmo ultimo languore depresso, ut viaticum accipiat, conceditur antiqui secundam Missam celebrare, tunc Tamburini ubi supra, sed illum casum doctus explicat, & defendit P. Henao ubi supra. Primus ergo casus, in quo ob necessitatem licet duas Missas celebrare: in eadem die, datur cum unus parochus regit duas Ecclesias diversis in locis, tunc enim in quolibet earum debet Missa sacrificium in diebus festis celebrare. Conc. Emerit. can. 49. ibi: In parochiis multae sunt Ecclesiae constitutae, quae a fidelibus factae, aut paucis, aut nihil de rebus videntur habere: sacerdos autem cum ad magnam partem parochiam commisit, unde erigenda est, ne occurrere paupertate, ordo ibidem non impletur Missae, proinde salubri deliberatione censemus, ut pro singulis quibusque Ecclesiis, in quibus presbyteri iustus fuerit ordinacionem praefata, pro singulis diebus Dominicis sacrificium Deo procurat offerre. 2. Dovant Filicibus de obligatione, c. 10. & exponit P. Henao supra, n. 3. qui idem admittit cum adeo magna est populi concursio, ut Ecclesia cum recipere non possit; ad quem casum probandum licet communiter adducatur ep. 81. Leonis I. cujus pars refertur in c. necesse est, de consuet. dist. 1. his verbis: Quod autem in omnibus observantia nostra concordat, illud quod volumus constituti, ut tam solemniter festivitatem conveniunt populi numerosissimam, & ad eam tanta multitudo convenit, quam recipere basilica simul una non possit, sacrificii oblatio indubitanter iteretur, ne his tantum admittis ad hanc devotionem, qui primi adveniant, videantur hi, qui postmodum confluxerint, non recepti, cum plenum patitis aequo rationis sit, ut quotiens basilicam, in qua agitur, praesentia nova plebis impleverit, totiens sacrificium subsistentem offeratur. Necesse est autem, ut quaedam pars populi sua devotione privetur, si unus tantum Missa more servato, sacrificium offerre non possit nisi qui prima die parte convenierit. 3. Verius tamen credo, Pontificem in eo textu agere de iterando sacrificio Missae in eadem Ecclesia, sed non ab eodem sacerdote. Olim enim in una Ecclesia, ad uno altari una Missa tantum celebrari poterat. Conc. Alford. can. 10. ibi: Non licet super uno altario in una die duas Missas dicere. Auctor libri Pontificalis de Pontifice Desubedit ita ait: Dignitate constituit secundam Missam in Clero. Ubi Schiastel addit: Quia tunc ad istam Graecorum non cantabatur in una Ecclesia, nisi fortis una Missa, quod magis adhibetur secundum antiquos. Quae consuetudo apud Graecos dicitur invaluit, teste Bartholomaeo Georg. in libello de ritibus Graecorum, ibi: In magno numero sacerdotum, non nisi unus in eadem Ecclesia facit Missam ubi; reliquis pro ministris gerunt. Et apud Moscovitas, relictae sigillatim, in templis unicum est altare, & in dies singulos unicum quoque sacrum faciendum putant; imo & apud Latinos in cenobitarum Ecclesiis una tantum Missa offerretur, etiam tempore B. Francisci, ut constat ex epistola ipsius ad sacerdotes sui Ordinis, ubi ita ait: Monco praeterea & exhortor vos in Domino, ut in locis, in quibus morantur fratres, una tantum celebraretur Missa in die secundum formam S. Romanae Ecclesiae. Si vero in loco plures fuerint sacerdotes, sit per amorem charitatis alter contentus audire celebrationem sacerdotis alterius. 4. Ubi notanda sunt verba illa, secundum formam Romanae Ecclesiae, quae non ad universalem Ecclesiam morem, sed ad singularem cenobitarum ritum referre oportet. Quoniam longe ante S. Franciscum plerique in Ecclesiis plures Missae una die celebrari ceperant, ut exposuit Vicecomes vel. 3. de ritibus Missae, l. 3. c. 29. Nec audiendus est Basilus Legion. q. 3. scholasti. in d. can. 10. Cui. Alford. qui canonem illum ad praesentem prohibitionem de duabus Missis non celebrandis ab uno sacerdote in eodem die refert. Unde Leo Pontifex in d. c. necesse, ob multitudinem plebis dispensandum censuit, ut in una Ecclesia iteraretur sacrificium Missae a diversis sacerdotibus. Minus audiendum fuit, qui iustam causam celebrandi iterum ab eodem sacerdote existimant, quando defunctus est tumulandus; nam licet olim ex causa liceret iterare sacrificium Missae, ut probavi in c. 1. h. 2. tamen mos ille, qui duravit usque ad tem-

pora S. Norberti, teste Laurentio Landmeter. l. 2. de veteri cler. c. 82. in defunctum abiit. Unde aut iuxta veterem illum morem defuncti sunt Altonius Rex in leg. 54. tit. 4. p. 1. D. Thomas 3. p. q. 80. art. 10. ad 2. ibi: Sicut etiam in alio diebus, in quibus observantur plura Dei beneficia, vel recedenda, vel expensenda, plures Missae celebrantur in die, puta una pro festo, alia pro ieiunio, vel pro mortuis, &c. Vel accipiendi funt de iterato sacrificio, non ab uno sacerdote, sed a diversis. Prosequuntur alios casus aequalis necessitatis, vel similibus, Tamb. & Henao ubi supra, Hieronymus Garcia in summa, tract. 3. dist. 2. dub. 5.

COMMENTARIUM.

Plures Missae eadem die celebrari ab uno sacerdote, iure divino, aut naturali prohibentur non est, ut probat P. Vasquez 3. p. in 3. p. dist. 232. c. 1. n. 42. Non enim repugnat naturae sacrificii, ut saepius ab eodem ministro offeratur, nec lege divina prohibentur, ut repetatur. Quare olim propter sacerdotum inopiam, cum pauci ad sacrum presbyteratus, gradum ascenderent, quilibet in eodem die plures Missas celebrabat, ut constat ex Conc. Tolitano 12. c. 5. transscripto a Gratiano in c. relationum 21. de consuet. dist. 2. ubi non reprehenduntur sacerdotes, quia saepius in die celebrabant, sed quia in omnibus Missis non communicabant: & in Canonibus Concilii Triburienfis laudatur Leo Pontifex, quia septies, vel octies, noviesque eodem die Missam offerret. quod & refert Vualfridus Strabo de rebus Ecclesiae, c. 22. dum inquit: Idem relatione virorum ad nostram usque pervenit notitiam, Leonem Papam, sicut ipse fatebatur, una die septem, vel novem Missarum solemniter celebrasse. An tamen si Leo fuerit primus, vel tertius, examinat P. Henao de Sacrif. Missae tom. 1. dist. 22. sect. 2. & in Conc. Salsburg. celebrato anno 1022. can. 7. cavetur, ut uniusquisque presbyter in una die non amplius quam tres Missas celebrare praesumat. Sed aucto deinceps paulatim presbyterorum numero, contrarius mos invaluit, videlicet ut uno die duarum, aut trium celebraretur, praeterquam in praecipuis aliquot anni celebratibus, c. sicut de consuet. dist. 1. Odo Parisiensis Synodice, cons. c. 5. ibi: Nullus vis in die Missam audiat celebrare, aut cum duplici introitu, nisi in magna necessitate. Idem cautum fuit in praesenti textu, & in c. de rebus, infra h. t. Conc. Londin. anno 1200. Oxon. anno 1222. tempore Honorii III. celebratum; Ad hae dum maximus statuendum districte, ne sacerdos quispam Missarum solemniter celebrat bis in die, excepto die Nativitatis & Resurrectionis Dominicis, vel in exequiis defunctorum, videlicet cum corpus altius in Ecclesia eodem die fuerit tumulandum; & tunc prior Missa de die, posterior vero de defuncto celebratur. Hic notandum, quod in quibusdam presbyteris prohibentur, ut nisi unam Missam, aut duas, in eadem die, a iure concessis, in die cantare, aut legere, cum sacrificii celebratione praesumat. Rationem, aut tempus Clementis VIII. subripit. Cum iuxta canonicas functiones unicuique sacerdoti, quantumcumque digno, unam tantum Missam in die sacrificii celebrare, & valde felix sit, qui Missam celebrat unam, districte prohibemus, ne quis de cetero nisi unam tantum in die celebrat Missam, nisi in casibus a iure permittis, Telet, anno 1324. tempore Joannis XX. can. 7. Nullus in super absque causa necessitatis, excepto die Nativitatis Domini, praesumat nisi unam Missam celebrare in die. Telet, anno 1324. apud Brixiam c. 3. p. 2. Cum enim institutum sit sacrificium Missae in memoria Domini, cuius passionis, Christus autem semel passus sit, non debet bis in una die ab eodem sacerdote offerri. 3. Accedit, nam sacerdos sua tenuitatis concilii, majori quam patet beneficio se ornatos existimare debent, si Domini corporis fenum in die conficiendi poterat illis sit. Illustrat Saussy in Praefat. sect. 4. p. 2. l. 2. c. 10. art. 2. §. 2. Vasquez 3. p. dist. 222. c. 5. Suarez, & alii Moralitae apud Hennum d. c. 1. dist. 22. sect. 1. Prado de Euchar. q. 83. dub. 16. §. 4. Theoph. l. 2. in tractatu spiritus sancti, l. fol. 6. Menard. ad Sacram. D. Gregorii l. 1. fol. 167. Salcedo in practica, c. 25. Pet. Greg. l. 1. parit. tit. 9. c. 7. & lib. 4. tit. 6. c. 2. Landmeter. l. 2. de veteri monach. c. 24. Coriolanus in legationibus anno 140. Crellius l. 3. Nisus, cap. 28. sect. 3. Loaysa in notis ad can. 5. Conc. Tolit. Darius ad dist. 1. de consuet. D. Fr. Alfons. Vasquez a Miranda, Abbas S. Anastasiae, de suspensione ad Sanctissimum pro ritibus Missae dicendis in die commemorationis Defunctorum. Fuit vero olim usitatum, ut non solum in die natalis Christi Domini, de quo supra egi, verum in aliis festivitatibus, ut resurrectionis Domini, SS. Petri & Pauli, S. Joannis plures Missae celebrarentur, constat ex Strabone de Eccles. offic. c. 21. ibi: Romanorum usus habet duas, vel tres interdu unus solemniter facere Missas, ut in Nativitate Domini Salvatoris, & aliorum festis Sanctorum; & revera non esse abudandum crediderim, si dum plures in una die faciendi sunt Missae, unus sacerdos duas, vel tres necessitate, vel voluntate persuadente, celebret potius quam quosdam dimitrat. Ad hoc accedit, quod totius usus Ecclesiae habet saepius Missas agere pro vivis, pro defunctis, pro elemosinis, & aliis diversis causis: quod etiam officia huius attributa exprimat. Et licet auctor ibi peculiari Sanctorum dies non exprimat, in quibus plures Missae celebrantur, tamen id ex aliorum testimonio probandum est. Et primo in nocte resurrectionis Dominicis duas Missas celebrari, ex Fortunato, & Albino Flacco probat Vicecomes d. l. 3. c. 28. In comite autem sine lectio-

ario S. Hieronymi, ubi diei S. Petri sacri mentio fit, Lectio una, Evangeliumque legitur placet distinctum ab iis, quae B. Pauli solemnibus adscribuntur: quod evidenti argumento est, duas Missas eorundem Sanctorum natali die confici solitas esse. Cuius rei simile argumentum colligere licet ex B. Gregorii antiphonario, diversam Missam antiphonam utriusque sancto praenotatis: quod ipsum facit licet Sacram. dum B. Petri Missa orationem aliam, aliam S. Pauli enumerat. Idem S. Greg. eod. lib. antiphonar. Missarum quae die festo S. Joannis Apostoli conficiebantur, mentionem faciens, primam, & secundam nominat. Quare clare significat, duas eo die Missas peractas esse. Gregorii verba haec sunt: Sancti in prima Missa antiphona: Ego autem sicut scribit, &c. In secunda antiphona: In Medio Ecclesiae. Liber etiam Sacramentorum orationem unam, quae abscedente die, alteram, quae plena luce recitatur, enumerat, ad duplicem hanc eisdem diei Missam alludens: VI. inquit illis. Kal. Jan. idest 27. die mensis Decembris, natalis S. Joannis Evangelista. In primo mane: Deus qui per S. B. Apostoli sui Joannis, &c. In die: Ecce sum tuum Dominus, &c. Quae Gregorii testimonia ad utramque Missam demonstrandam pertinent. De Missa vero, quae prima luce offerretur, praeter Rudolphum Tangensem c. 23. meminit Amalaris Fortunat. de Eccles. offic. l. 4. c. 2. his verbis: Similiter habemus officia constituta in festivitate Joannis Evangelista, & Joannis Baptista primo diluculo: qui utriusque ex utero matris, id est ab accepto lumine huius mundi, in semetipsis sacrificium singulare quoddam Deo obtulerunt. Joannes Evangelista obtulit ab initio huius laicis virginis sacrificium: Joannes Baptista sacrificium abstinenciae, qui nec vinum bibit, nec siceram, & Nazareus permansit omni tempore. Hae ille, quae ut S. Joannis Apostoli duplicem Missam offereremus, allata sunt in medium. Verum si recte considerantur, insuper declarant in B. Joannis Baptista natalis veteres sacramentum liturgiam Deo bis obtulisse. Ducimus autem argumentum ex eo,

quod vox, similiter, copulanda est cum verbis superioribus, quibus plures Christi natali Missas offerendat, sicut cum consentibus locum perspicuum est; & quia ibi appertenti diei Missam recitet, praeter quam alia quoque celebratam esse, adducit ut credam, tum propter Sancti illius dignitatem, & excellentiam; tum praecipue quia solemnioribus anni diebus hora tertia Missae celebrantur, ut alibi ostensum est. Sed cur conjecturas sequor, dum aperta testimonia superant? Innumerae sunt auctoritates, ex quibus id elici, probareque possit. Sed ego illustrioribus tantum immorabor. In Lectionario quidem S. Hieronymi, dum B. Joannis Baptistae Missae recitentur, haec scripta sunt: in vigilia S. Joannis Baptistae Lectio Hieremiae Prophetae, &c. Evangelium secundum Lucam. Item alia lectio in prima Missa Isaiae Prophetae, &c. Evangelium secundum Lucam, &c. Item in die sancto Isaiae Prophetae, &c. Evangelium secundum Lucam, &c. Ordo Romanus de divinis officiis, ibi: In natali S. Joannis Baptistae ideo tres Missae celebrantur, id est una in vigilia eisdem, duae in die Nativitatis eius, quia tribus triumphis fulsit insignis, id est officio Praecursoris, Baptistae ministerio, & quia Nazareus ex utero matris permansit. Probat, & ita explicat Mepes in Chron. Benedicti, centur. 5. anno 955. Barovius in Martyr. die 24. Junii, Vicecomes de Missa ritibus, d. l. 3. c. 28. etiam aliter praedicta testimonia accipiant Azor t. 2. l. 1. c. 25. q. 1. Theophilus Raynaud. tom. 10. tract. de gladio & pileo, fol. 590. Hodieque in regno Valentiae sacerdos bis in die commemorationis Defunctorum Missam celebrare, refert Trullench in eodem regno scribens, l. 3. de Sacram. cap. 8. dub. 10. n. 3. Sacerdotes ergo extra casum in iure permittis celebrantes graviter puniri per Inquisitores haereticae pravitatis, ad quos pertinet huius delicti punicio, ex Alfonso de Leone refert Hieronymus Garcia de excell. sacra. dist. 2. dub. 5. numer. 2. Quintanadennas t. 1. singular. tract. 4. singular. 10. n. 4.

C A P U T IV.

Idem Archiepiscopo a Bracharensi.

Consilium nostrum, b Et infra: Insuper requisisti, utrum in diebus c profectis, in quibus d ad honorem Sancti Spiritus, Beatae Virginis, & S. Crucis celebrare contingit, Hymnus e Angelicus, f Symbolum, ac g Praefatio propria debeant decantari, praesertim cum in partibus tuis in honorem Beatae Virginis in sabbatorum diebus Missa solemniter celebratur. Ad quod utriusque respondeamus, quod apud nos in diebus profectis, cum Missarum solemniter in honorem Beatae Virginis, neque Hymnus Angelicus, neque Symbolum decantantur: licet in Missa propria Praefatio decantetur, ut inter commemorationem, & solemnitatem differentia ostendatur. Unde b Te Deum laudamus, regulariter dimittitur, quam dicitur in Laudibus matutinis.

N O T A E.

- 1 a Bracharensi. ) Ita etiam legitur in 3. collectione, sub h. l. c. 2. De Bracharensi Lusitanica Metropoli plura adduxi in c. canonis, de in dote, restit.
- b Et infra. ) Alia pars huius textus extat in c. consilium, de observ. ieiun.
- c Profectis. ) Sicut festi dies dicuntur illi, qui Deo dicati sunt, ita profecti appellantur illi, in quibus laborandum est. Macrobius l. 1. Saturn. c. 16. ubi ait: Festi die sunt. Dicitur dicitur: profecti hominibus, ab administrandis non privatione, publicanque concessi. Nonnulli Marcellos eos appellat a festivitate vacuos. Unde Plautus in Aulular. actio 2. sen. 5. ait: Festi die si quis profectus profectus agere licet, nisi profectus. Vulgo nos ferias dicimus, ut jam notavi in c. 1. de reg. & pace, & exponunt huius vocis etymologiam Cirionus in c. 2. h. 1. Vicecomes de ritibus Missae, volum. 3. l. 3. c. 10.
- d Ad honorem. ) Ex voto videlicet ipsius celebrantis vel illius qui audit: ut de quibus Missis votivis egi jam in c. 2. h. 1. c. Angelicus. ) Gloria videlicet, ita dicitur hic hymnus, quia per Angelos compositus, & decantatus fuit in natali Domini nostri Jesu Christi, Luca c. 2. v. 14. Ideo ab Apostolorum tempore semper in Missis festivis dicitur, c. nota, de consuet. dist. 4. tractatus Amalaris Fortun. l. 3. c. 8. Rupertus l. 2. c. 21. Omititur autem diebus feriarum, & vigiliarum, ne in diebus plantatus, & tristitiae gloria memoria resonet, exceptis tamen vigiliis intercedentibus a Pascha Resurrectionis ad Pentecosten, ex ratione adducta in l. gemma anima, lib. 3. c. 85. In Ecclesiis autem Bethleemitanis, quia ibi ab Angelis decantatus fuit hic hymnus, in omnibus diebus, etiam feriatis dicitur. In Missis etiam votivis, cum officium dicitur feriale, & in Laudibus omittitur Te Deum laudamus, non dicitur hic hymnus, ut in praesenti statuitur, & docent Herrera de ceremon. Missae, l. 2. c. 6. Suarez 3. p. de Sacram. dist. 83. fol. 1.

Gauicetus de festis Sanctorum, l. 4. de Missis votivis c. 22. P. Henao c. 5. de Sacrif. Missae, dist. 28. sect. 3. In domo antea Laureana etiam in Missis votivis B. Virginis Mariae dicitur huiusmodi hic privilegio, quod refert Herrera ubi supra.

f Symbolum. ) Cuius etymon, & auctores retuli in apparatu ad hae commentaria. Dicitur in Missis solemnibus, quas enumerat P. Herrera de ceremon. Missae, lib. 2. c. 22. unde in feris & aliis minoribus festivitatibus non recitatur; quare recte in praesenti Innocentius docet, in Missis votivis symbolum hoc non recitari.

g Praefatio. ) Canticum hoc, quod dicitur Praefatio, iam a temporibus Apostolorum adjectum fuit in sacrificio Missae, ut constat ex D. Clemente l. 8. consuet. c. 16. & ex Liturgia S. Petri, quae extat t. 1. Biblioth. Graeco-Latina, imo olim pro omnibus Missis diversa praefatio erat a piis viris composita. & quia haeretici aliquas praefationes corruperunt, cautum fuit in Conc. Carthag. 2. can. 23. Milevit. can. 22. ut tantum ex praefatio cantaretur, quae ab Ecclesia esset approbata. Novem praefationes suo tempore usitatas fuisse refert Gelafius in exp. inventum, de consuet. dist. 1. & temporibus Urbani II. per annos 1095. ex praefationibus compositis a Gelasio desumpta fuit praefatio B. Virginis Mariae, quam refert Herrera d. lib. 2. c. 26. Illud summe notandum est, quod licet in Missis ferialibus, & votivis Hymnus Angelicus & Symbolum Apostolorum omittatur; tamen Praefatio in omnibus Missis recitari debet, ut cautum fuit in Conc. Valenti 2. can. 4. ibi: In omnibus Missis, five matutinis, five quadragesimalibus, five in iis, quae pro Defunctorum commemoratione fiunt, Sanctus, sanctus, sanctus, eo ordine dicitur, quo ad Missas publicas dici debet.

h Te Deum. ) Haec verba non extant in dicta tertia collectione, verum autem est, hoc canticum a Sancti Ambrosio, & Augustino compositum, non dici in officio feriale, quia hoc officium non laetitiam, sed laetum, & poenitentiam continet.

C A P U T V.

Idem Clericis S. Petri de a Magdalon.

EX parte vestra. Et infra: Insuper postulatis, quomodo sacerdos in Missa perfundere debeat, per litteras Ap. edoceri. Ad quod taliter respondeamus, quod semper sacerdos vino perfundere debet, postquam totum perciperit Eucharistia sacramentum, nisi cum eodem die aliam Missam debuerit celebrare, ne si forte vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret.

NOTÆ.

M Agalou, ) Ita legitur in tertia collectione, sub h. 1. cap. 4. in hac sexta legitur Magalou; sed cum hæc epistola non reperitur inter editas a Siseto & Bolqueto; certo cognoscere non possumus quibus clericis Innocentius in presenti referat.

COMMENTARIUM.

Ex hoc textu sequens communitè deducitur assertio: "Saccerdos debet jejuniis Missam celebrare, & si aliam Missam est diciturus, non debet post sumptam Eucharistiam vinum perfundere in calice, & sumere. Probant Concilium Oxoniense can. 1. ibi: Si autem contingat duas Missas celebrare, statim, ut presbyter postquam Dominicum Corpus sumptum in altari, si in eodem die Missarum solemniam ipsam celebrare oporteat, iterato vinum calici infusum, vel digitis superfundum, sumere non præsumat." Et c. 6. ibi: Jejunius, hoc ritus, e. in sacramento, de consecrat. dist. 1. c. ali-quando, de consecrat. dist. 2. Conc. Trull. can. 29. Conc. Hipponense can. 30. ibi: "Ut a jejunis alios sacramenta celebrentur. Brachar. 2. can. 10. Cognovimus quosdam presbyteros in hujus præsumptionis audacia retineri, ut Missas mortuorum etiam post acceptum iterum, vel oblationem auri sint consecrare: ideoque hoc præter evidentem ad-monetionem ferveret, ut si quis presbyter post hoc edictum nostrum in hac vesania fuerit deprehensus, hoc est, non jejunus, sed quocumque jam tibi præsumpto oblationem consecraverit in altari, continuo officio suo privatus, a pro-prio deponatur Episcopo." Matilcon. 2. can. 6. ibi: Item decernimus, ut nullus presbyter consecratus cibo, aut crapulatus vi-ni sacrificia celebrare, aut Missas privatis, sibi quibus concelebrare præsumat. Altiliodor. canon. 19. Non licet Presbytero, aut Diacono, nisi Subdiacono post acceptum cibum, vel potum Mis-sas tractare, aut in Ecclesia, dum Missa dicitur, stare. Tolet. 7. can. 2. Nullus post cibum, potumque quemlibet minimum sum-pum, facere Missas præsumat. Afric. sub Bonifacio I. canon. 8. & 14. Constantinop. generale 6. can. 19. Altiliodor. canon. 29. Brachar. 2. can. 10. Saletus. sub Benedicto VIII. & Henrico II. can. 4. D. Clemens epist. 2. ad Jacobum fratrem Dominum, & l. 7. consil. c. 37. Carthag. 3. can. 29. Matilcon. 2. c. 6. Tolet. 7. c. 2. Eutythianus Papa apud Barchardum l. 5. Decret. c. 25. ibi: "Qui accepit sacrificium post cibum, & per aliquam modicam refectionem, nisi pro viatico, aut tres dies, majores septem, clerici viginti tres dies pœniteant. Conc. Mog. 4. can. 33. D. Basilium hom. de jejunio. tom. 1. pag. 325. ibi: Impossibile absque jejunio sacrificium aggre-di in mystica, qua nunc est, & vera oblatione. Ordo Romanus tit. quartus agatur Conc. Provinc. ibi: Nullus au-tem canet Missam, nisi jejunus. D. Chrysostomus epistola ad Cyriacum Episcopum, ibi: Multa quidem adversus me con-fixerunt, & dixerunt, quod ad communionem non jejunus recepimus, & si quidem hoc feci, expungatur nomen meum de albo Episcoporum." Et cap. nihil 7. quæst. 1. Plures SS. PP. auctoritates conserantur Gregorius in summo, verbo Eucharistia a jejunio, Iodoc. Coccinus tom. 2. de juri. lib. 6. an. 19. Illustrant ultra congetas a Barbola hic, Pamelaus in notis ad epist. 63. Divi Cypriani, num. 46. Lanedmet. de ve-ni. lib. 1. c. 81. Justellus in c. 31. Eccles. Afric. Suarez de Sacram. dist. 68. an. 8. scilicet 3. P. Henno de Eucharist. dist. 14. scilicet 4. Flesca. de Quæst. c. 17. Vicecomes de ritibus Missæ, volum. 2. lib. 3. c. 29. Et volum. 3. lib. 1. cap. 7. Et lib. 2. c. 5. Petavius de hierarch. c. 10. Ballamon in can. 10. Synodi 6. in Trul. & in respons. Timothei Archiepisc. fol. 1096. Joannes Sanchez in solut. dist. 42. Lago de Sacram. dist. 15. scilicet 2. n. 25. Leander de Sacram. Eucharist. tract. 7. dist. 5. c. 13. & 14. Hieronymus Garcia in summa tractatu 3. dist. 5. dub. 2. puncto 3. n. 31. perdoctus vir Fr. Joannes Martinez a Prado de Eucharist. q. 80. dub. 10. c. 2. Bellarminus lib. 2. de Missa, c. 14. Theophilus tom. 10. tractat. 1. punct. 3. fol. 29. Sed pro dubitandi ratione in præsentem assertionem ita in-fero: Quilibet Domini nostri actio debet esse vite nostræ imago: ergo de elicit, sed Dominus noster panem & vinum consecravit post coenam, & dedit discipulis suis non jejunis: ergo & nos similiter facere debemus, præcipue cum in Mis-sæ sacrificio specialiter Christi actiones repræsententur. Ama-rius Fortun. lib. 2. cap. 5. Augur hæc difficultas, nam adeo inacceptabile est jejunium cum Eucharistia, & Missæ sacrificio, ut olim primis Ecclesiæ saculis tempore jejunii ne-mini liceret Eucharistiam sumere, unde usus Missæ vesperti-næ invaluit, de qua ego in c. 1. hoc rit. quæ ideo inducitur, quia sacrificium offerri, neque Eucharistia sumi poterat, quando jejunium perseveranter observabatur, ut probat Alhal-danus l. 1. observ. c. 14. per tot.

Qua dubitandi ratione non obstante, vera est præsentis as-sertio, pro cuius expositione sciendum est, Eucharistiam sumere ante omnem cibum vetitissimum esse Ecclesiæ traditio-nem; non enim a jure divino hoc present, sed ab ipsi A-postolis institutum fuit: quod probat D. Augustinus ep. 118. ad Januarium; ex eo quod Apostolus ad Corinthios scribens ep. 1. c. 11. v. 34. De eorum consuetudine miscende Eucha-ristiæ cum profanis cibis ait: Cetera cum vetero disponam. Un-de deducit D. Augustinus, nullum tunc extare divinum præ-ceptum; quare certum est, Apostolos instituisse, ut tantum a

Concilio traditio, & probat.

Imaginatio traditio assertio.

De jejunio necessario ad commu-nionem.

zanalibus desinitus Ecclesia judicavit: quia, ut ait S. Pau-lus Ierem. 36. quando caro tabescit jejunis, anima puritate pinguetur; quantum enim illi ciborum succus subtrahitur tantum huic iustitiae virtus augetur: Facit Petrus de Riga in Auctore, ibi:

Sed tempus non servat idem, quando celebratur. Hoc sacramentum vestire Christus homo. At nos conficimus mensam præstantibus horis. Cum prius est jejunus, post, homo mensa vigeat. Sic opus est nobis, quoniam meditatio veri. Nullaque talis actio debet agi. Neve res debet reverentia debita tanta.

Palchiasus l. de Sacram. c. 20. "Quod jejunii communicamus, satis provide, ut dum sobrietas flagrat in corpore, dum om-nis fervor carnis conquiescit, & omnes animi sensus intelli-gentia, & discernendi ratione fortius vigent, illo prius cibo interior noster homo inebrietur, quatenus deinceps quod præ-minet in nobis, vegetatum coelesti dulcedine illud regat, & gubernat." Nicolai ad consilia Bulg. c. 65. Accedit usus Eccle-sie in aliis Sacramentis recipiendis præficus facultas usitatus; olim enim baptizandos etiam pueros debuisse esse jejunos, constat ex S. Augustino ep. 28. de jejunio parvulorum. D. Clemen-te lib. 7. consil. c. 23. Cyrillo Hierotolym. catech. 3. mystag. Gregorio Nazianz. orat. 4. in sanctum Lazarum. Unde Laurentius Surius in vita S. Sebastiani ait: "Deinde abiit ad S. Poly-carpum presbyterum, ubi ille persecutionis causa latitabat, & narravit ei omnia quæ gesta erant. Quibus auditus, S. Poly-carpus gratias egit Deo, & una cum eo venit ad domum Nicofrati Protosinarii: vidensque turbas credentium, salu-tavit eas cum omni gaudio, dicens: Beati vos omnes &c. Quia ergo demones omnes, qui filii tenebrarum sunt, con-trahuntur; & omnes S. Angeli, qui sunt lucis filii, gratulan-tur, accedat unquamque, & det nomen suum hodierna die usque ad vespem præcurrente jejunio, ut festivum baptis-matis sacramentum opportunum tempus inveniat." Simile exemplum refert Simeon Metaphrastes apud eundem Surius in vita S. Stephani Papa & sociorum, c. 3. ibi: "Cumque & ipsum, & ejus filiam catechismo instruxisset, iussit eos jeju-are usque ad vespem, quemadmodum Christianæ fidei ca-nones, & ordo pollicetur. Cum autem venisset hora vesperti-na, benedixit aquæ in eo loco, quem Pastoris titulum voca-tum fuisse diximus. Itaque Nemesium in aquam demisit, & baptizavit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti." Illustrat Vicecomes l. 4. de ritibus, Epist. 1. c. 13. Similiter con-firmationis sacramentum debere jejunis conferri, constat di-ferre ex Conc. Parisiens. l. 1. c. 33. Aurel. can. 3. apud Gratia-num in c. 6. de consecr. dist. 5. ibi: Ut jejunii ad confirmationem veniant. Notavit Vicecomes lib. 1. de ritibus Confirm. c. 15. Ibi tamen non præceptum, sed tantum consilium contineri do-cuerunt Bonacina de Sacram. dist. 3. q. n. punct. 2. n. 14. Bar-bola de per. Episc. p. 2. allegat. 30. n. 11. Narbona de vitæ de ritibus human. anno 7. q. 3. Covar. l. 1. var. c. 10. n. 5. Vicecomes de ritibus Confirm. l. 1. c. 14. c. 15. Similiter pœni-tentiam jejunis esse impoendam, constat ex Conc. Carthag. 4. can. 80. ibi: Omni tempore jejunis manus pœnitentibus a sacerdotibus imponatur. Illustrat Haecus Lingon. c. 8. lib. 15. c. 17. Otalora de irregul. ex pœnit. excessu 4. Ordinis etiam sacramen-tum jejunis, & temporibus jejuniorum esse administrandum, expresse cavetur in can. 75. dist. c. 3. de tempor. ordin. ubi plures conuenit. Tandem omnia Sacramenta. Concilium Ra-vennat. 2. tempore Clementis V. rubric. 6. Statuimus, quod omnia Sacramenta Ecclesiastica, quantum possibile fuerit, a jeju-niis ministrantur. Et juramentum, quia etiam lato modo di-citur sacramentum, a jejunis esse præstandum, probat in c. 2. de testibus. Recte ergo Apostoli, & eorum successores in augustissimo hoc Eucharistia Sacramento statuerunt, ut jeju-nii tantum possint illud recipere; quod adeo observatum sem-per legitimus, ut cum primis Ecclesiæ temporibus, quando su-pererat aliqua fragmenta panis consecrati, tradebantur pueris, qui ob levas persecutiones custodiri non poterant, ut probabimus infra, in c. 1. de custod. Eucharist. tamen de-bebat pueri illi esse jejunii, ut possent ea percipere. Quod firmatur celebri exemplo, quod refert Evagrius l. 4. Eccles. c. 36. Imo & fideles olim jejunos Missæ sacrificio interfuisse, constat ex Conc. Altiliod. in can. 19. supra relato, & ex auctore vitæ S. Valerii Abbatis, qui refert duos fratres ab ipso Abbate reprehensos fuisse, eo quod die, qui S. Marti-ni erat facer, aut Missarum solemniam potione sitim depu-lsissent, ibi: Contigit vero, duos germanos ad illum venire feris B. Pontificis Martini, quos ille objurgans dixit: Mi-ror quia temeritate ausi fueritis aut Missarum solemniam bi-berere." Ex S. Bernardino Senensis Ierem. 37. in Adventu. Vin-centio Ferrerio Ierem. tom. 1. in Orationem Corporis Christi, Quorum vera reberant P. Henno tom. 3. de sacrific. Missæ, dist. 30. scilicet 19. Theophilus Raynaud. tom. 16. in Heteroc. spirit. punct. 2. fol. 20. Vicecomes volum. 3. de Missa ritibus, lib. 2. c. 5. Recte ergo in præsentem textu statuit Innocentius, ut si ob aliquam causam ex relictis supra in c. consilium, presby-ter duas, vel tres Missas celebraturus sit post communionem non sumat vinum perfusum, quia alias non manebit jejunus ad communicandum in secunda Missa: in casu tamen extre-mæ necessitatis olim licuit non jejunis Missam celebrare, probatur ex Concilio Saletus. can. 14. ibi: "Decretum est etiam in eodem Concilio ut presbyter aliquis post galli can-tum ætatis noctibus, bibens proximo die Missam non cele-

brat: hyemalibus similiter, nisi necessitas cogat: quod nullo modo admittendum est."

Nec obstat difficultas supra adducta, qua motus Lutherus in libro contra Regem Angliæ, edito anno 1522. quem se-quitur Calvinus l. 1. de Missa, c. 14. averitit communionem licere, si quis antea manducaverit, siue biberit. Sed facile responderetur ex eo; nam ut docent omnes de institutione hujus Sacramenti agentes, cause ob quas Christus Dominus illud instituit vespere, & post esum Agni, fuerunt propria, & peculiare illius temporis, & illius individue actionis; & ideo quod hanc partem factum illud Domini nostri in exem-plum adduci non potest, ut docuerunt D. Cyprianus ep. 63. ibi: "Ac enim non mane, sed post cenam mixtum calicem obtulit Dominus. Nunquid ergo Dominicum post cenam cele-brare debemus, ut sic mixtum calicem frequentandis Domi-nicis offeramus? Christum offerre oportebat circa vespem diei, ut hora ipsa ostenderet occasum, & vespem mundi. Nos autem resurrectionem Domini mane celebramus." Et ut Gelasius Cyrenus l. de duobus naturis, scite dixit, ostendere vo-luit Eucharistiam non præberi ad cibandum corpus, quod jam fuerat satiatum expletis epulis: ac etiam D. Aug. ep. 118. "Salvator quo vehementius commendaret mysterium illius ali-tudinem, ultimum hoc voluit alius infingere cordibus disci-pulorum, a quibus ad passionem digressus erat. D. Iheronim. l. 1. de escul. offic. c. 18. ibi: Hoc sacrificium quod Christianis celebrare præceptum est, sit a nobis, quod pro nobis ipse Dominus fecit, quod non mane, sed post cenam in vespem obtulit. Sic enim Christum oportebat adimplere circa vespem diei, ut Dominus hora ipsa sacrificii ostenderet vespem. Proinde autem non communicaverunt jejunii Apostoli, quia necesse erat, ut Pascha illud typicum antea impleteret, & denique ad verum illud Pasche sacramentum trans-iret. Hoc enim in mysterio tunc factum est, quod primum discipuli corpus, & sanguinem Domini nostri non acciperent jejunii; ab universa autem Ecclesia nunc a jejunio semper ac-cipitur. Venerab. Beda in c. 22. Luca: Quod si quem movet, cum cenatis Salvator Apostolis suum corpus, & sanguinem tradiderit, quare non universalis Ecclesiæ conueniunt jejunii doceatur eadem sacramenta percipere, audiat breviter, ideo tunc cenatis communicasse Apostolos, quia necesse erat Pas-cha illud typicum antea consummari, & sic ad veri Pascha-tis sacramenta transiri. Nunc in honorem tanti, tamque ter-ribilis sacramenti placuisse Magistri Ecclesiæ, primo nos Dominicæ passionis participatione muniri, & spiritualibus epulis exteriori, interiorisque sacra: ac deinde terrenis dapi-bus corpus, & vilius etis refici. Nec obstat augmentum ipsius difficultatis deductum ex Missis vespertinis: nam in diebus jejuniorum olim sacrificium offerrebat ad fidelibus jejunantibus; & jejunium protrahatur usque dum Missæ sacrificium offerretur, & ita ad vespem jejunium solvebatur. Micrologus de Eccl. offic. cap. 49. ibi: Est ecclesiastica consuetudo, ut ad novam vesperam, cum ad sextam Missam celebratur: ad vespem autem cum ad novam sacrificium. Theodulphus ad Presbyt. Aurel. de jejunio ait: Auditis Missarum solemniam, siue vespertinis officiis, largitis elemosinis, ad cibum accedendum est. Et ita Missæ sacrificium, quod in aliis diebus hora ter-tio offerrebat, in diebus jejunii usque ad vespem protrahatur, ut finitis divinis officiis jejunium solveretur, & so-lent, de consecr. dist. 1.

Sed supra traditis obstat textus in can. 29. Synodi Carthag. 3. in illis verbis: "Ut sacramenta altaris, non nisi a jejunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniversario, quo cana Domini celebratur: nam si aliquorum pomeridiano tem-pore defunctorum commendatio facienda est, solis orationi-bus fiat, si illi, qui faciunt, jam pransi inventiantur." Ex quibus aperte deducitur, feria 5. in Cena Domini sacrificium Missæ a non jejunis offerri posse. Pro cuius canonis expo-sitione sciendum est, in Ecclesiis Alexandrinis, Africanis, & aliis consuetudinem invaluisse celebrandi Missæ sacrificium post epulum, ut de Ægypto, & Thebaide refert Socrates l. 5. hist. c. 21. ibi: "Porro de synaxi varis consuetudines sunt; nam quamquam omnes ubique in orbe terrarum Eccle-siæ singulis septimanis vespertibus die Sabbati mysteria cele-brent, Alexandrini tamen, & Romani ex antiqua traditio-ne istud facere renunt. At Ægyptii qui Alexandrinis simi-tili sunt, & ii qui Thebaidem incolunt, Sabbato synaxim exequuntur: illi quidem, sed non ut mos fert Christianorum, mysteria participant: nam ubi epulati sunt, & variis ciba-riis se satiarunt, sub vespere oblatione facta mysteria communicant." Sozomeus l. 7. c. 19. Ex eis notatur Vice-comes volum. 2. de ritibus Missæ, l. 2. c. 1. Petavius de hier. arch. ubi sup. In Ecclesiis Africanis diutius inolevit mos cele-brandi 5. feria in cena Domini post epulum, ut constat ex D. Augustino ep. 118. ad Januarium, ubi de feria 5. sanctio-riis hebdomadæ loquens ait: "Nec ideo putari debet, inju-ria esse multis locis, ut illo die post refectionem offeratur, quia scriptum est identidem; Et calicem accipiens post cen-am, dicens, &c. Ipsam enim potuit appellare cenam, quia jam corpus acceptant, ut deinde calicem acciperent. Illud magis movere potuit homines, ut jam resecti die illa, vel sumerent Eucharistiam, quod in Evangelio legitur: Cum au-tem illi manducarent, accepit Jesus panem, & benedixit: cum jam superius dixisset: Cum sero factum esset, recum-bebat cum duodecim, & manducantibus eis dixit, quod unus ex vobis me tradet. Notatur Zonaras, & Balsam. in can. 19. Synodi 6. Sed eam consuetudinem improbarunt PP. Conc. 6.

Difficultas dubitandi ratio.

Exponitur canon 29. Conc. Car-thag. 3.

Traditur ratio decem.





a saculo defuncti, ac pro fratribus vestris, qui in Domini mortali fuit. Sanctus Cyprianus epistol. 34. ibi: Veri, & spirituales Dei milites, dum diabolum Christi confessione prosterant, palmas a Domino, & illustri professione coronas meruerunt: sacrificia pro eis semper, ut meministis, offerimus quoties Martyrum passiones, & dies anniversaria commemoratione celebramus. Divus Chrysostomus hom. 21. in acta: Quid tibi videtur, quod pro martyribus offeratur, quod vocatur in illa hora: licet Martyres sint, etiam pro Martyribus offertur. Magnus honor nominari Domino presente. Sanctus Epiphanius heresi 75. Offerri enim potest sacrificium pro Sanctis. non quatenus propitiatorium est, & imperatorium, quasi pro his, qui iam beati sunt, aliquid, quod eis desit ad salutem, postuletur. Sed offerri potest sacrificium ipsum, ut est Latreuticum, & Eucharisticum, ad Deum cum eis adorandum, & pro his glorificandum, cujus gratia ad aeternam gloriam per tantas victorias, & triumphos pervenerunt: quae Dei dona sunt, & gratiae, ac bonitatis eius opera gloriosa. Et licet sancti non sint capaces fructus satisfactorii, sunt capaces gaudii accidentalit. Docuerunt, & latius prosequuntur Hartado dist. 9. per tot. Bellarmin. de Purgat. lib. 2. cap. 18. Suarez lib. 1. de orat. cap. 14. num. 4. Andreas Saulay in Panopli. sacerdot. part. 2. lib. 1. art. 1. per tot. P. Alfonso. Mendoza quest. 6. scholasti. P. Henao tom. 2. de sacris. Missa, disputat. 17. ubi exponit difficultatem locum Missalis Mazarabum, ubi sacerdos offerens ita orat: Item pro spiritibus paucorum Hilarii, Athanasii, Martini, Ambrosii, Augustini, Fulgentii, Leonardi, Iphori, Theophilus Raynaud. tom. 16. in Heterod. spirit. sect. 1. fol. 14. & tom. 5. p. 2. cap. 2. fol. 254.

Mediocriter malis. Hae verba merito difficillima visa sunt Bellarmino, lib. 2. de purgat. cap. 18. Suarior, tom. 3. in 3. p. disput. 78. sect. 3. & tom. 4. disput. 48. sect. 4. num. 9.

CAPUT VII.

Idem Recltoribus Rom. a Fratemitatis.

DE homine. Et infra: Quaevisisti a nobis, quid de incauto presbytero videatur, qui se sciens in mortali crimine constitutum, Missarum solemniam, quae non potest propter necessitatem quamlibet intermittere, pro sui facinorosi conscientia dubitat celebrare, arctiusque graviter a duobus, dum divinum exequi mysterium metuit, ne populum illum expectantem offendat, corpus Christi perficere perhorrescit, non fumens ipsum indigne, iudicium sibi manducet, & bibit, peractis ceteris circumstantiis, Missam celebrare se fingit, & suppressis verbis quibus conficitur corpus Christi, panem, & vinum tantummodo purum sumit: ita credens per id, quod praetendit, populo satisfacere, ut per quod intendit, Deum non debeat provocare. Cum ergo falsa sint abijcienda remedia, quae sunt veris periculosis graviora, licet is, qui pro sui criminis conscientia reputat se indignum, ab huiusmodi Sacramento reverenter debeat abstinere, ac ideo peccet graviter si se ingerit irreverenter ad illud, tamen gravius proculdubio videtur offendere, qui sic fraudulenter illud praesumpserit simulare, cum ille culpam vitando, cum ille in solius misericordis Domini manum incidat: iste vero culpam faciendo, dum vitat, non solum Deo, cui non veretur illudere, sed populo, quem decepti, se astringat.

NOTE.

Om. Fratemitatis. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 6. sed cum hac epistola non reperitur inter editas a Sirleto, & Bosqueto, cognosci nequit, de qua fraternitate Romae erecta agat Innocentius in praesenti. Illud in praesenti docetur, graviter peccare sacerdotem, qui simulat consecrare, & exponit hostiam non consecratam adorandam populo, quam illam, qui in peccato mortali offert sacrificium & consecrat. Quod & ad eum casum, in quo sacerdos peccatori intendit dare hostiam non consecratam pro consecrata, ad vitandum sacrilegium, extendit Jo. Sanchez in selectis, c. 34. ubi textum hunc exponit. Et hanc Innocentii doctrinam post longum examen confirmant Petr. Joan. Oliv. quodlib. 5. q. 10. Theophilus 10. 16. in Heterod. punct. 4. fol. 70. & merito, quia pejus est conari falsam reddere veritatem fidei, quod facit simulare sacrificans, quam indigne, sed vere celebrare. Atque pejus est simulato sacrificio horribiliter Deo illudere, quam male sacrificare. Continet praeterea ea simulatio externam male sacrificantis idololatriam erga purum panem, & excitationem totius Ecclesiae ad simi-

lem turpitudinem. Similiter etiam nes poterit sacerdos ad celandum peccatum, & servandam famam oculi peccatoris, porrigere illi falsam hostiam: imo teneat illud ad veram communionem eam publice petentem admittere, si placuit 6. q. 2. c. si sacerdos 2. de offic. Ordin. Potest tamen ex probabilis sententia, quam contra Joannem Sanchez defendit Theophilus ubi proxime, ad servandam famam peccatoris famam conventionem prius cum eo habita, sacerdos veram hostiam ori peccatoris admoveat simulando, nec re ipsa illi Eucharistiam tradendo. Nec his omnibus obstant, posse consecratam pro servanda fama peccatoris simulare abolitionem pro sedando scandalo, quod oriri posset, si peccator ad pedes sacerdotis haerens discederet absque abolitione; nam cum eo casu nulla deest illius facinorositatis, nec etiam periculum idololatriae ex parte ministri, neque ex parte adstantium, potest tunc consecrariis agnoscens indispositionem poenitentis simulare abolitionem, ut ejus famae consulatur. Docent, & alios casus adducunt Valquez 3. part. in 3. disput. 209. num. 41. Suarez tom. 3. in 3. disput. 67. sect. 4. Joannes Sanchez ubi supra.

CAPUT VIII.

Idem a Ferrariensi Episcopo.

IN quadam b nostra decretali epistola asseris te legisse, illud esse nefarium opinari, quod quidam dicere praesumpserunt, in Sacramento videlicet Eucharistiae aquam in phlegma converti: nam de latere Christi, non aquam, sed humorem aquaticum mentiuntur existisse. Licet autem haec magno, & autentico viros sensisse recenseas, quorum opinionem didisti, & scripsisti haecenus es sequutus; ex quo tamen in contrarium nos sentimus, nostra compelleris sententia consentire. Sed verbum Joannis Apostoli te multum movere faceris, dicens: Tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis; & hi tres unum sunt: quamvis hoc ultimum in perierit codicibus minime habeatur. Quod dicit se exponi ab omnibus, illos videlicet esse unum, idest de una, & eadem re, scilicet de humanitate Christi, testari. Porro si vera fuit aqua, quae fluxit de latere Christi, & non humani corporis humor, qualiter per illum probeatur, quod Christus sit homo verus, non vides. Glossa namque super illum locum sic se habet: Spiritus, idest humana anima, quam emisit in passione. Aqua, & sanguis, quae fluxerunt de latere Christi, quod fieri non posset, si non haberet veram carnis naturam. Sic ergo tam ex textu, quam ex glossa proponis, per illam aquam probari, quod sit verus homo; & ideo si dicatur, quod illa non exiit vera aqua, sed aquaticus humani corporis humor, tam expo-

expositoris, quam Apostoli verba intelligibilia tibi esse videntur: sed dato, quod fuerit vera aqua, sicut nos credimus, & fateamur, nec ista, nec illa sufficienter intelligit. Unde nobis humiliter supplicasti; quatenus ad generalem utilitatem legentium, & nebulam de tuo corde tollendam sufficienter, & evidenter id exponere dignareris. Nos igitur ad tuae supplicationis instantiam respondemus, quod quidam dixerunt, sed erraverunt, Christum non fuisse verum Deum sed adoptivum, ut miseri Ariani. Alii Christum non fuisse verum hominem, sed phantasticum, ut impii Manichaei. Sed adversus has haereses Joannes Apostolus in Epistola sua loquitur dicens: tres sunt, qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus; & hi tres unum sunt. Per hoc intendens ostendere, quod Christus sit verus homo: nam ad esse hominis duo principaliter exiguntur, videlicet corpus & anima, ex quorum conjunctionibus verus homo subsistit. Per hoc autem, quod in articulo mortis Christus inclinato capite tradidit spiritum, de quo voce magna clamaverat: Pater in manus tuas commendo spiritum meum, manifeste probatur, quod ipse spiritum habebat, non solum vitalem solum, sed animam quoque rationalem, de qua praedixerat: Tristis est anima mea usque ad mortem; &. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Per hoc autem quod unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit sanguis, & aqua, probatur aperte, quod Christus verum corpus habebat: nam de phantastico corpore, nec sanguis, nec aqua potuisset exire: unde ille, qui vidit, testimonium quidem perhibuit, & testimonium ejus est verum; quia tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Quod videlicet Christus sit verus homo ex anima rationali & humana carne subsistens, probatur ex eo quod spiritum vitalem emisit ex vero corpore. Quod inde probatur, quoniam ex eo sanguis exivit, & aqua. Rationalis quippe anima non potest vivificare nisi corpus humanum, ex quibus vero homo consistit. Ceterum, sicut verus fuit spiritus, & verus sanguis, ita proculdubio, vera aqua; cum Christus sit veritas, & a veritate omnis fallacia sit penitus aliena. Nam si non fuisset aqua, sed phlegma quod de latere Salvatoris exiit, ille qui vidit, & testimonium perhibuit veritati, profecto non aquam, sed phlegma dixisset: nec in hoc verum regenerationis sacramentum fuisset ostensum, cum per sacramentum Baptismi non regeneretur in plegmate, sed in aqua: neque per hoc posset vero probari argumentum, quod in sacramentum Eucharistiae admiscenda sit aqua vino, si de latere Christi non aqua, sed phlegma cum sanguine profuisset: sed nec vera fuisset figura, quae super hac re praesertim in veteri Testamento, quando videlicet Moyses virga percussit silicem, & ex ea quidem non phlegma, sed aqua manavit. Restat igitur, ut qualiscumque fuerit illa aqua, sive naturalis, sive miraculosa, sive de novo divina virtute creata, sive de componentibus ex parte aliqua resoluta, proculdubio vera fuit: cum naturaliter possit & composui in componentia, & elementarium in elementa resolvit: quemadmodum verus exiit sudor ipsius, sicut quod sanguis decurrit in terram. Cum autem ad compositionem humani corporis quatuor elementa concurrant, videlicet terra, aqua, aer, & ignis; & ad vegetationem ejusdem corporis quatuor humores similes illis conveniant, videlicet sanguis, & cholera, phlegma, & melancholia: ut veritatem humani corporis expressius demonstraret, unum ex illis, & unum ex istis Joannes expellit; illaque potius ex illis, & istis, quae magis ministerio congruunt; ex elementis aquam; & ex humoribus sanguinem: in quibus duobus duo maxime sacramenta, Redemptionis, videlicet, & Regenerationis elucere.

NOTE.

Ferrariensis. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 6. Hugoni videlicet ad Rotaldo, qui ambo flourant in Ecclesia Ferrariensi temporibus Innocentii III. ut refert Ughel. tom. 2. Italiae sacra, fol. 376. De Ecclesia Ferrariensi aliqua adduxit in e. cum M. de consuet. b. Quodam. Derratis. supra relaxa in e. cum Martho. c. in phlegma. Prima enim opinio in illa vetara questione de aqua vino in calice mixta convertenda immediate, vel mediate in sanguinem Christi, antiquorum Theologorum fuit, vinam insulam calici converti in sanguinem, & aquam in humorem phlegmaticum, quem de latere Christi exiisse dicebant. Quae opinio merito damnatur ab Innocentio in praesenti, ut erronea, quia tria consistit falsa: Primum, aquam non converti in vinum virtute ipsius: quod aperte adversa-

tur recta philosophiae. Secundum, aquam nondum in vinum convertam, in humorem illum transire; nam quicquid vinum vertitur in aliam substantiam, cum sit consecratio, virtute verborum convertitur. Verba autem solum vim reddunt; nullam autem verbum consecrationis denotat aliquid, ad cuius veritatem necessaria sit conversio aquae in humorem illum; jus veritatem necessaria sit conversio aquae in humorem illum; siquidem illis solus sanguis Christi significatur. Tertius error est, ex latere Christi non fluxisse veram secum; sed phlegma humanum, contra testimonium D. Joan. cap. 1. quod de fide esse, defendunt cum D. Thoma 3. p. quest. 66. artic. 4. & qu. 74. artic. 7. ubi 3. Theologi ibi; Suarez tom. 2. in 3. disput. 57. sect. 1. & tom. 3. disput. 25. sect. 4. Unde licet haec opinio a quibusdam Theologis teneatur, tamen ut improbabilem omisit Innocentius in dist. cap. cum Martho. S. quaevisisti, dum aliorum opiniones probabiles refert.

CAPUT IX.

Idem a in Concilio Generali.

DOlentes referimus, quod non solum quidam minores clerici, verum etiam aliqui Ecclesiarum Praelati circa b comestiones superfluas, & confabulationes illicitas: ut de aliis tacemus, medietatem noctis expendunt, & somno residuum relinquunt vix ad diurnum concenium avium excitantur, transfurrendo undique continuata sinicopa Matuticum. Sunt & alii, qui Missarum solemniam e vix celebrant in anno, & quod deterius est, interesse contentantur; & si quando his evidenter interfuit, chori d silentium fugientes, intendunt externis colloquutionibus laicorum: dumque auditum ad indebitos sermones fundunt, aures intentas non porrigunt ad divina. Haec igitur, & similia sub e poena suspensionis penitus inhibemus, districte praecipientes in virtute obedientiae, ut divinum f officium, nocturnum pariter, & diurnum, quantum eis Deus dederit, g studiose celebrent pariter & b devote.

NOTE.

Generalis. Lateranensis videlicet, celebrato sub Innoc. III. ubi e. 19. reperitur textus hic: & in quarta collectione, sub hoc tit. c. 2. de quo Concilio nonnulla notavi in c. 1. de summo Trinit. b. Comestiones. Comestio est convivium, ubi more temulentorum, & ebrioforum iocatur, quae omni jure exosa est, ut probavi in c. a crapula. n. in de vita & honest. Cleric. c. Vix in anno. Quam sacerdotum negligentiam semper condemnatam legitur in Ecclesia, & a Principibus secularibus, Concilio Tolet. 1. can. 5. relato lib. 7. capitul. Caroli, c. 161. ibi: Si quis Presbyter, vel diaconus, aut quilibet clericus Ecclesiae deputatus, si intra civitatem fuerit, aut in quolibet loco, in quo Ecclesia est, & ad quotidianum psallendi sacrificium matutinis, vel vespertinis horis ad Ecclesiam non convenierit, deponatur a clero. Et i. sanctissimus 42. §. 10. c. de Episc. & cler. Concil. Rhotorag. celebrato anno 1581. de presbyteris recens ordinatis ita cavetur: n. Mox neaur insuper, ut intra mensem sine alterius cuiusquam licentia Missam primam celebrent, & deinceps reparent, n. saltem omnibus diebus Dominicis, & festivis solemnibus: D. D. Gonzali in Decretali. Tom. III.

si autem curam habuerint animarum, tam frequenter, ut suo muneri satisfaciant. Rhemensi can. 8. ita de Eucharistia: Sacerdotes non diebus tantum solemnibus, sed etiam Dominicis, & festivis, si fieri potest, sacrificent. Concil. Agens. Curati tunc in hebdomada sacrum faciant, aut eo etiam sepius, si vel loci consuetudo, vel necessitas crebriorem divini sacrificii usum postulat. Ceteris etiam clericis praecipimus, ut singulis mensibus, Refert Joannes Filicac. lib. 1. sect. 1. c. 18. Tales enim sacerdotes nulla ratione ita appellari possunt, quandoquidem verbi istius, Sacerdotis, notio aliam non est, juxta D. Isidorum lib. 7. orig. c. 12. quam ex actione mythagogi: ita ut sacerdos a sacrificando vocetur. Consecrati enim, & sanctificati, ait S. Doctor. Quidam eo spectat illud, quod docet B. Hieron. lib. 3. adversus Jovinianum, dum Missam vocat quotidianum corporis Christi sacrificium, & cetera non alia ratione B. Ambrosius epist. 29. ad Theodosium Imper. scribit, Presbyteri gradus tantum merito conquiri, quod per immemoratos annos a multis factis recedantur, & curis deputentur. Unde similes sacerdotes ignavos, & sacerdos peccare lethaliter, ex D. Thoma in 4. lib. 3. dist. 13. q. 1. art. 2. docuerunt Valent. 3. p. de Euchar. q. 10. Theophil. tom. 16. in Heterod. sect. 1. in prin. Valquez 3. p. disput. 232. c. 1. Saulay in Panopli. sacerdot. part. 2. lib. 1. c. 1. & 3. Thom. Hart. tom. 1. resol. mor. 4. 7. per totum. Hh 3 d Si.